









refponfi ad sextum argumentum ab argente relatum dicit: quod de omnibus malis univerfaliter verum est, quod si non permitteretur esse, Univerfum imperfectum foret, quia non essent natura illa, ex quarum conditione est, ut deficere possint: quod jam docuerat dist. 4. q. 1. art. 2. ad 5. sed solum vellet, quod cum sint aliqua mala, quae formaliter, & per se ad perfectionem Univerfi requiruntur, & ex quibus major perfectio acquiritur, aliqua vero, quae solum materialiter, & non per se ad perfectionem Univerfi requiruntur, quia absolute Univerfum sine illis perfectum esse, neque per ea major perfectio acquiritur, inter ista mala casus recensenda sunt, quia, etiam si non esset peccatum peccatorum, posset homo ad gloriam alia via, quam per martyrium, & patientiam, pervenire: unde concludit, *ut tamen haec mala, neque illa per se ad perfectionem faciunt Univerfo, quia perfectio non sunt causa, sed occasiones.* Videatur D. Th. q. 5. de verit. art. 4. ad 5. & art. 5. ad 3. & 1. sens. dist. 46. art. 3. in corp. Unde desumo aliam rationem, quare permissio peccati possit ad perfectionem Univerfi conducere. Etenim, ut Univerfum sit perfectum, dari debet natura, quae sit defectibilis, nempe natura creata habens liberum arbitrium, ita, ut sine tali natura, quae quandoque deficit, Univerfum non esset perfectum: cum ergo Deus supremus, & universalis Provifor, unicuique provideat secundum suam naturam, hinc fit, ut ad ipsum spectet permittere, ut natura haec defectibilis aliquando deficiat, & in culpam cadat.

S. VII.

An Deus immediate omnibus provideat.

XXXVI. Notat D. Th. 1. p. q. 22. art. 3. quod ad Providentiam duo pertinent, scilicet ratio ordinis reatum, & executio istius ordinis, quae gubernatio dicitur. His suppositis.

XXXVII. Dicit primo: Quod si Providentia sumatur pro ratione ordinantem res in suis finis, sic Deus immediate per seipsum omnibus provideat. Et probat, quia in suo intellectu habet rationem omnium actuum minimorum, & quaecumque causas aliquibus effectibus praesent, dedit eis virtutem ad illas effectus producendum; ergo oportet, quod ordinem illorum effectuum in sua ratione praeparaverit.

XXXVIII. dicit secundo. Si Providentia sumatur pro executione ordinis, seu pro gubernatione, Deus non immediate omnibus per seipsum provideat, sed mediis causis creatis, quas ad hoc praefecit, & quibus ad hoc virtutem dedit. Et probat, quia Deus inferiora gubernat per superiora, non propter defectum suae virtutis, sed propter abundantiam suae bonitatis, ut dignitatem causalitatis etiam creaturis communicet; ergo sumpta Providentia pro executione ordinis, Deus non omnibus immediate, & per seipsum provideat, sed utitur causis mediis, tamen, ut illis agentibus, & cum illis Deus immediate agit: ipse enim in omni operante immediate agit, ut docet idem S. Doct. quast. 3. de Potentia art. 7. Ex his inferatur, omnes causas, & Provifores inferiores esse executores ordinis Divini, nec rebus aliam ordinem imponere, quam eum, quem Deus ab aeterno statuit, ut docet S. Doct. hoc art. 3. ad 2. Adhuc tamen libere agunt, quia illam per consilium, & electionem exequentur. Ut enim docet idem S. Doct. ibi art. 4. in corp. Divina Providentia quibusdam effectibus praeparavit causas necessarias, ut necessario evenirent, quibusdam vero causas contingentes, ut evenirent contingenter, secundum conditionem proximam causarum. Quare (ait ad 1.) effectus Divina Providentia non solum est, aliquid evenire quocumque modo, sed aliquid evenire, vel contingenter, vel necessario. Et ideo evenit infallibiliter, & necessario, quod Divina Providentia disponit evenire infallibiliter, & necessario, & evenit contingenter, quod Divina ratio habet, ut contingenter eveniat. Cuncta enim (ait ibi ad 3.) eveniunt eo modo, quo ipse provideat, sive necessario, sive contingenter. Sed haec superius fuisse tractavimus.

XXXIX. Statuo igitur, quod Deus omnibus immediate provideat modo dicto, ait D. Th. hoc art. 3. in corp. *Edicuntur quibusdam Platonicis, quam narrat Gregorius Nyssonus (lib. 8. de Providentia c. 3.) triplicem Providentiam ponentis. Quarum prima est summi Dei, qui primo & principaliter provideat rebus spiritualibus, & consequenter rebus naturalibus, quantum ad genera, & species, & causas universales. Secunda vero Providentia est, quae provideat singularibus generalibus, & conspiciuntur. Et haec attribuit Dicit, qui circumstant Caeli, id est substantias separatas, quae movent corpora caelestia circulariter. Tertia vero Providentia est rerum humanarum, quam attribuitus Demonibus, quos Plato parabat motus inter nos, & Deum, ut narrat Augustinus (lib. 9. de Civit. Dei cap. 1. & 2. & lib. 8. cap. 24.)*

Haec dicta sunt de Providentia, ut dicitur rationem ordinis, & gubernationem, docet idem S. Doct. quast. 5. de verit. art. 8. quod corporales creaturae sic Divina subduntur Providentiae, ut media Angelica creatura regantur, & ejus ministerio disponantur, quo movent superiora corpora ex quorum motu docet inferiora corpora per seipsum, & caelestia corpora nuntiant, & gubernant. Unde concludit, & ideo ponimus, corpora caelestia esse causam inferiorum per viam motus eorum, & sic esse media in opere gubernationis, non autem in opere creationis.

XXX. Circa vero actus humanos, an a Divina Providentia gubernentur mediis corporibus caelestibus? Ibid. art. 10. dicit, quod de his fuit error multiplex. Quidam enim putaverunt, actus humanos ad Divinam Providentiam non pertinere, nec reduci in aliquam causam, nisi in Providentiam nostram: & hujus opinionis videtur fuisse Tullius, ut dicit Augustinus, l. 5. de Civit. Dei cap. 9. Eo quod timeret Tullius, ne si Dei praesentiam, & Providentiam admitteret, cogere etiam admittere, omnia fato, & necessitate evenire, nihilque esse liberum, ac in nostra potestate, ut refert, & refutat S. Augustinus citato loco.

Et ideo (pergit S. Th.) quidam omnes actus voluntatis reducantur in corpora caelestia, ponentes, sensum, & intellectum idem esse in nobis, & per consequens omnes virtutes animi corporales esse in nobis, & in actibus corporum caelestium subiecti. Hoc ergo errore rejecto, quia & fide, & ratione naturali constat hominem esse compositum ex corpore, & spiritu, intellectum autem, & voluntatem convenire homini ea ratione, qua spiritui praeditus est. Et insuper, quia ex hac positione sequitur, quod homo naturaliter instruitur ad suas actiones, sicut caetera animalia, in quibus non sunt, nisi vires animae corporales organice alligatae, nam illud, quod fit in istis inferioribus, ex impressione corporum caelestium naturaliter agitur: & ita sequeretur, quod homo non esset liberi arbitrii, sed haberet actiones determinatas, sicut & caetera res naturales; qua manifeste sunt falsa, & conversio humana contraria. Ita S. Th. 1. p. q. 115. art. 4.

XXXI. Statuit ergo Angelicus Magister, solum Deum directe, & per se de actibus humanis, id est a ratione deliberata procedentibus, immediate provideat, neque in istos actionem ullam habere caelestia corpora. Probat quast. 5. de veritate citata art. 10. quia solum Deus immediate est finis humane vitae, ejus enim visione perfruunt homines beatificantes: & ideo ipse solum imprimere potest in voluntatem nostram; quare 1. q. 9. art. 6. docet, Deum solum posse intrinsece movere, & inclinare voluntatem, quia ipse solum est causa voluntatis.

Quod vero corpora caelestia in voluntatem, sicut neque in intellectum, directe agere non possunt, ostendit 1. p. q. 115. art. 4. citato, quia corpora caelestia directe solum possunt agere in corpus, & in actum, qui organi corporali actus est, per se quidem in corpus, in vires autem animae, quae sunt actus organorum corporum directe quidem, sed per accidens, in quantum solent agere in corpus, quod est eorum organum, & cui vires istae sunt alligatae: in ea tamen, quae nec sunt corpora, nec actus organi corporalis, corpora caelestia agere nullatenus possunt: sed intellectus, & voluntas, neque sunt corpora, neque actus organi corporali, sed pure spirituales; ergo in ea agere etc.

XXXII. Confirmatur. Cum corpora caelestia non imprimant directe, nisi in corpora, si essent causa humorum actuum, aut hoc esset in quantum imprimunt in corpora nostra, aut in quantum imprimunt in corpora exteriora, nimirum aliqua corporalia nobis praesentant; sed neutro modo; ergo etc. Min. probatur: nam ex corporum caelestium immutatione in nostro corpore ad summum possunt in nobis excitari quaedam passiones magis, vel minus vehementes, quae tamen non sunt sufficientes causa, ut eas voluntas sequatur: cum etiam vi contingens voluntate inducatur ad eas sequendas, concitans tamen non inducitur, sed eis resistit. Multo minus actus humane sequitur ex impressione corporum caelestium in corpus nobis exterius praesentatum: cum experientia doceat, quod ad occursum aliquid delectabilis, puta cibi delicati, vel pulchrae mulieris, vi temperatus non movetur ad ea obiecta eligenda, immoderatus vero movetur.

XXXIII. Notat tamen S. Th. locis laudatis, quod est impressio corporis caelestis directe nihil inferre possit in actum intellectus, & voluntatis, indirecte tamen, & per accidens ad eam pertinere possunt, puta dando occasionem, ut vel intellectus intelligat, aut voluntas velit, eo quia tam intellectus, quam voluntas pro hoc ita aliquid a ministerio sensuum, & viribus inferioribus organo corporeo alligatis accipiunt. Aliter tamen intellectus, aliter voluntas. Nam intellectus, cum naturaliter moveatur a sensitiva apprehensiva virtute eo modo, quo obiectum movet potentiam, quia plantasma se habet ad intellectum, sicut color ad visum, ut dicitur in 3. de anima, ideo intellectus, ut recte cognoscit, quasi ex necessitate indiget recta dispositione partis sensitivae; quare perturbata vi sensitiva interiori, puta imaginativa, de necessitate perturbatur intellectus: ut vidimus in amentibus, & phreneticis, in quibus laeso organo phantasiae actio intellectus perturbatur.

Non sic tamen voluntas: appetitus enim sensitivus non est naturaliter motus voluntatis, sed e converso: quia appetitus superior movet appetitum inferiorum, sicut sphaera superiorum, ut dicitur in 3. de anima: quantumcumque appetitus inferior perturbetur per aliquam passionem istam, vel concupiscentiam, non perturbatur per aliquam passionem istam, immo habet potentiam repellendi hujusmodi perturbacionem, dicitur Gen. 4. v. 7. sub te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius. Ita D. Thom. quast. 5. de verit. art. 10. citato, qui concludit, & ideo ex corpore caelestium non inducitur aliquid necessitatis, nec ex parte voluntatis, nec ex parte organici in actibus humanis, sed inclinatio sola, quam etiam voluntas repellere potest per virtutem acquisitam, vel insusam.

XXXIV. Hinc ex corporum caelestium impressionibus nullum iudicium

iudicium certum de contingentibus, & liberis eventibus formare possunt Astrologi, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 5. similem divinationem repellens, & damnam ut illicitam. Quare Astrologia iudicialia merito confixa fuit a Sixto V. in Bulla anno 1585. quia quaecumque dispositio a syderibus impressa in corpore, five interiori, five exteriori, nulla necessitate libero arbitrio imponitur, sed contra inclinationem caelestium corporum in vires sensitivas, five in quocumque aliud exterius alliciens impressam, potest homo operari.

XXXV. Cur autem ex praedictione aliorum Astrologi frequenter vera praenuntient, rationes variae esse possunt. Prima. Quia major pars hominum sequitur motus passionum, minor pars esse reprimunt: ita fit, ut Astrologos frequentius desinat, quam de uno homine singulari. Si enim una multitudo hominum cholericorum ponatur, non de facili contingat potest accidere, & de facili accidit. Quare D. Thom. contra Gentem c. 85. refert, & probat dictum Ptolemaei in consilio, quod Astrologus non debet dicere nam specialiter, sed univocaliter: quia scilicet impressio stellarum in pluribus foritur effectum, qui non possunt inclinationi, quae est ex corpore, non autem semper in hoc, vel illo, qui forte per rationem naturali inclinationi resistit.

Secunda ratio. Quia Demones curiosi Astrologorum sese immittunt, eis etiam nescientibus suggerunt, quae aut ingenii subtilitate, aut callidioris experientia noverunt, aut ab Angelis, Deo ita volente, dicunt, vel etiam, quae ipsemet Demones facturi sunt. Ita Sanctus Augustinus lib. 2. Genes. ad lit. cap. 17. concludens: Quapropter homo Christiano, sive Mathematico, sive quilibet impie divinationum, & maxime divinationum vera, evenit scilicet non confesso Demoniorum animam receptam patto quodam societatis irretians. Utramque praefatam rationem dat D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 5. ad 2. & q. 5. de verit. art. 10. ad 7.

Tertia. Quia Deus punire volens curiositatem illorum, qui Astrologos consulunt, permittit, ut multis praeterea, & iustis ab Astrologis dicantur, nec aliter accedant, quam dicitur: multaque observationibus secundum observationes sunt eveniant, quibus implicati curiosiores fiunt, & sepe magis, magisque insensati multiplicibus loquuntur perniciosissimi erroris. Ita S. Augustinus lib. 2. de Civit. Christi. cap. 23.

Quarta. Quod homo, cui Astrologus praedicit prospera, his magnam fiduciam concipit, & toto studio conatur, ut eveniat: Qui vero haec trilla sunt praedicta, animum abiecit, nihilque tentat: ideoque quod eveniat illa humane potius diligentiae tribuendum est, & quod ista contingant, humanae inertiae, quam Astrologi divinationis, est ascribendum.

Potestatem est. Quia ea quae, ut praedicta erant, acciderunt, diligenter notantur: caetera vero vel occultantur, vel excusantur. Quod si haec etiam notarentur, incomparabiliter plura deprehenderentur eventus evenire, quam praedixerat Astrologus. Satis sint haec, ut vanitatis divinationum aliquid speciem exhiberent, & ut ostenderent, de actibus humanis, & eventibus contingentibus solum Deum certam habere scientiam, & providentiam. Quod si Studiosi optaverit plenus instrui, adeat D. Th. & percurrat totam qu. 95. 2. 2.

DE DIVINATIONE III.

S. IV.

An Providentia sit formaliter actus intellectus vel voluntatis?

An Providentia formaliter consistat in solo actu intellectus, presupponente actum voluntatis.

S. I.

Non consistit aequaliter in utroque actu.

I. Concurrere ad Providentiam (idem est de Praedestinatione, quae species quaedam est Providentiae) actum intellectus, & voluntatis, certum est: & D. Th. aperte docet: est enim hoc multis virtutibus commune exigere ad sui consistentiam actus utriusque potentiae. Sic fides exigit affectum creditivum in voluntate, quod dicitur pia affectio, & assensus veritatis revelatae in mente, quia nemo assentitur, & credit, nisi volens. Sic Providentia requirit rectam intentionem in voluntate circa omnes materias virtutum, & ordinationem in mente, quae de agendis disponit. Similiter ergo Providentia, quae est prudentiae pars, debet investigare, procurare, & ordinare de mediis ad finem consequendum idoneis, quod pertinet ad intellectum, & rursus, quia haec ordinatio debet esse effectiva, & ex intentione finis, alias esset foruita, requirit etiam actum voluntatis, ex cuius impulsu effectiva habetur, & cuius actus est intentio finis. Cum ergo certum sit, ad Prudentiam concurrere actum utriusque potentiae, intellectus nimirum, & voluntatis, difficultas est, in quantum ex illis formaliter, & essentialiter Providentia (sicut & Praedestinatio) locanda sit.

II. Placere enim non potest opinio quorundam, scilicet Molinae, & aliorum, in utroque actu aequaliter providentiam consistentium; eo quia videtur ipsis, quod S. Augustinus utroque actu explicet Providentiam Praedestinativam dicens, quod est praesentia, & praeparatio beneficiorum Dei.

Placere, inquam, non potest. Tum quia, ut infra dicam ex D. Thomae, Providentia in solo actu intellectus consistit, presupponente tamen actum voluntatis. Tum quia sicut ipse potentia intellectus, & voluntas ita se habent in operando, ut non aequo immediate praecedant, sed una sequatur aliam, & invicem se praecedant, movendo: movetur enim voluntas ad intellectum proponente obiectum, & rursus intellectus mo-

vetur a voluntate ad exercitium, ita actus, seu virtutes talium potentiarum debent ordine quodam procedere, & unam se habere ad aliam, ut moventem, aliam, ut motam, unam praesuppositivam, aliam consequentivam, non utramque ad eundem actum ex aequo formaliter, & constitutive concurrere: Non enim dici potest, actum intellectus, & voluntatis ita constitutive unam virtutem, sicut materia, & forma constitunt unum essentiale compositum, quia eo modo solum possunt concurrere, quo natura suarum potentiarum permittit: Sed potentia intellectus, & voluntas tales sunt ut una earum se habeat ad aliam, tanquam antecedens, & movens, alia ut consequens, & mota: Ergo earum actus non possunt convenire tanquam partes, & extrema simul, & ex aequo essentialiter constitutivae, sed tantum concurrere una praesuppositivae, & aliam consequentivae iuxta suam naturam.

III. Confirmatur. Sicut ad Providentiam concurrunt actus intellectus, & voluntatis, ita ad Fidem, & Prudentiam & ad alias Virtutes morales: ad Fidem enim concurrunt, praeter actum intellectus, pia motus, ad Prudentiam recta intentio circa finem, electio circa media, & ad alias Virtutes morales recta electio voluntatis, moderatio passionum in appetitu sensitivo etc. sed nullus dicit, Fidem ex aequo consisti per ipsam motionem voluntatis, & assensus intellectus, Prudentiam per rectam intentionem finis, & ordinationem mediorum, & Virtutes morales in his pluribus actibus ad diversas potentias pertinentibus essentialiter collocandas esse; ergo neque dicendum est, Prudentiam, quamvis actus intellectus, & voluntatis requiratur ad sui perfectionem, in utroque ex aequo, & essentialiter consistere.

IV. Explicat hoc magis D. Th. q. 14. de verit. art. 4. ubi querens, in quo tanquam in subiecto fit Fides, refertur opinio aliquorum eam collocantium in intellectu, & voluntate simul: Quidam (inquit) dicunt, fidem esse in utroque vi, scilicet affectiva, & cognoscitiva: quod nullo modo potest esse, si intelligatur quod in utroque sit ex aequo: Unus enim habitus oportet esse unum actum, nec potest esse unus actus ex aequo duorum potentiarum. Ex his hanc formo rationem. Sicut Fides, ita Providentia est unus habitus habens unum actum, non unitate ordinis, & aggregationis, sed unitate specifica, & per se talis: sed non potest esse unus actus ex aequo duarum potentiarum, maxime unitate specifica, & per se tali; ergo etc. Idem de Providentia, & Praedestinatione expressit docet S. Praeceptor locis S. sequenti adducendis.

V. Neque Adversarius faveat S. Augustini. Dum enim dicit, quod Praedestinatio est praesentia, & praeparatio beneficiorum Dei, nomine praeparationis non indicavit actum aliquem voluntatis, sed actum intellectus praesentis, ordinantis, & praeparantis media, ac si diceret, Praedestinatio est praesentia, non est, & mere speculativa, sed praeparativa, & ordinativa mediorum ad finem. Unde D. Th. 1. p. q. 23. art. 2. ad 3. talis (inquit) praeparatio est praedestinatio, pro ut aliquod agens per intellectum dicitur se praeparare ad agendum in quantum praeparatio rationem operis fendi. Et sic Deus ab aeterno praeparat, praedestinando, concipiens rationem ordinis aliorum in salutem. Et q. 6. de verit. art. 1. ad 13. simili argumento respondens: praeparare (inquit) vel ordinare est movens potentiam eorum, sed movens non solum est voluntas, sed etiam ratio practica, ut patet in 3. de anima.

VI. Supposito Providentiam, & Praedestinationem non consistere ex aequo in actu intellectus, & voluntatis sufficit inquirere, in quantum ex illis principaliter, & in actu constitutivae sit: an in actu voluntatis connotante actum intellectus; an in actu intellectus connotante, & supponente actum voluntatis.

Circa quod Antiqui, ut Gabriel, Aureolus, alique a D. Thoma alieni volunt, Providentiam incipere quidem ad intellectum, proponente convenientiam mediorum ad finem, sed consummari, & essentialiter consistere in actu voluntatis, nimirum in electione mediorum, quae idonea iudicata fuerint, & propostia ad intellectum voluntati. Huic sententiae adipsilantur Medii, qui Providentiam Divinam duos tantum actus volunt importare, ad differentiam Providentiae creatae: unum ex parte intellectus, & hunc dicunt esse notitiam possibilitatis rei faciendae, vel scilicet scientiam conditionatam, & mediam de mediorum futuritione (de quo inferius dicemus); alterum ex parte voluntatis eligentis, & in hoc dicunt formaliter consistere Providentiam. His pro ea parte, quae statuit Providentiam in voluntate, adiungitur Scotus cum sua Schola. Attamen S. Thomas cum suis veris discipulis, Providentiam, & Praedestinationem statuit in actu intellectus praesentis non quidem praecedente, sed supponente actum voluntatis. Cum hoc ergo S. Doctore.

VII. Dico. Providentia, & Praedestinatio formaliter, & essentialiter, seu in recto consistit in actu intellectus praesentis, connotante tamen, & supponente actum voluntatis. Ita S. Doct. passim. Primo hac q. 22. art. 1. ad 3. ubi ait: Ad 3. dicendum, quod providentia est in intellectu, sed presupponit voluntatem finem. Nullus enim praesentis de agendis praesentis, nisi vellet finem. Unde praesentis & praesentis videtur movens, per quas appetitus se habet ad bonum. Secundo q. 5. de verit. art. 5. Providentia (inquit) includit & scientiam, & voluntatem; sed tamen essentialiter in cognitione manet, non quidem speculativa, sed practica. De praedestinatione autem q. 6. de verit. art. 1.



art. 1. ubi querit, an Prædeltinatio ad Scientiam, vel voluntatem spectet? resolvit, spectare ad scientiam his verbis: Unde sicut de providentia supra dictum est, quod consistit in actu rationis sicut & prudentia, cuius est pars, eo quod solius rationis est dirigere, vel ordinare: ita etiam & Prædeltinatio in actu rationis consistit dirigens, vel ordinans in finem. Sed ad diltinctionem in finem prædeltinatio voluntatis sicut: nullus enim aliquid ad finem ordinat, quod non vult. Item adeo certa sunt, ut de mente S. Doctoris nullum ambigendi relinquat locum.

VIII. Probatur ergo ratio ex D. Th. diltincta. Primo sic, adus proprius, & formalis Providentia est dirigere, & ordinare res in finem præintendit: quare Providentia diltincta: quod fit ratio ordinis verum in finem, in Provifore existens: sed ordinare est adus proprius intellectus, non voluntatis ergo &c. Min. probatur. Tum quia dirigere, & ordinare ad finem est quoddammodo ratiocinari ex fine, ut principio, ad media, ut docet D. Th. q. 5. de ver. a. 1. ratiocinari autem; live in speculabilibus, live in practis adus intellectus est. Tum quia dirigere, & ordinare est unum conferre, & comparare cum altero, quod non nisi cognitione comparativa fit: unde 2. Metaph. cap. 2. dicitur sapientia est ordinare. Tum quia voluntas non facit sibi obiectum, sed illud profequitur, ut sibi ab intellectu propositum; ergo non facit ordinem inter obiecta, sed ea profequitur, secundum ordinem factum ab intellectu.

IX. Secundo probatur, Providentia est Prudentia pars; sed Prudentia est formaliter in intellectu; est enim una ex virtutibus intellectuales; quare ab Arist. diltinctur, quod fit recta ratio agibilium: ratio autem in intellectu est: unde D. August. lib. 83. q. 6. Prudentia (inquit) est cognitio veram appetendum, & fugiendum: & Iliorum lib. 10. Etymologiarum, Prudentia (ait) diltinctur quasi proprio videns, perspicax enim est, qui & incerta prævidet casus. Ex quibus D. Th. 2. 2. q. 47. art. 1. Sic concludit: Visio autem non est virtutis appetitive, sed intellective. Unde manifestum est, quod prudentia diltincta pertinet ad vim cognoscitivam... cognoscere autem factura ex presentibus, vel præteritis, quod pertinet ad prudentiam, proprie rationis est; quia hoc per quandam collationem agitur. Unde relinquatur, quod prudentia proprie fit in ratione.

Confirmatur. Sicut Ars est recta ratio factibilium, ita Prudentia est recta ratio agibilium, & Providentia ratio ordinis rerum in finem. Rursus sicut ad opus artis consummandum alia potentia concurrunt, ita & ad consummandum opus Prudentia, & Providentia; sed in omnium sententia essentialiter Ars in intellectu completur, eisque adus in recto, & formaliter est in intellectu; ergo idem dicendum est de Prudentia, & Providentia. Quapropter sicut obiectum artis est factibile, ut ordinate faciendum, ob quam rationem pertinet directe ad intellectum: ita res, ut recte agibilis, & ordinabilis in finem, est obiectum prudentia, & Providentia; & ob hanc rationem debet in recto ad intellectum pertinere.

X. Secunda vero pars, quod adus Providentia connotet, ac supponat actum voluntatis, patet ex D. Th. superius dilato: nullus enim prudenter ordinat res in finem, nisi supposito intentione, & voluntate finis, que ipsum efficiat ad hoc moveat. Unde D. Th. q. 5. de ver. art. 1. postquam dixit, quod ordinatio eorum, que sunt ad finem, est per modum cuiusdam ratiocinationis, cuius principia sunt fines, subdit: & ideo ad hoc, quod quis sit prudens, requiritur, quod bene se habeat circa istos fines... Et ideo ad prudentiam requiritur, & intellectus finium, & virtutes morales, quibus affectus recte collocatur in fine... in omnibus autem virtutibus, & affectibus animæ ordinatis hoc est commune, quod virtus primi salvatur in omnibus sequentibus, & ideo in prudentia quoddammodo includitur, quod Prædeltinatio præsupponit dilectionem, per quam Deus vult salutem alicuius... præcipitur etiam electio, per quam ille, qui in finem infallibiliter dirigitur, ab aliis separatur, qui non hoc modo in finem dirigitur... & ideo Prædeltinatio præsupponit electionem & dilectionem, electio vero dilectionem.

S. III.

Obijciunt primo contra primam partem, Prædeltinatio pertinet formaliter ad voluntatem; ergo & Providentia, cuius Prædeltinatio est pars. Ant. prob. quia in Scriptura Prædeltinatio vocantur electi, & dilecti. Insuper Prædeltinatio dicitur electio, & propositio ad Ephes. 1. v. 9. Rom. 1. v. 7. Ad hoc iam respondit D. Th. q. 6. de ver. art. 1. citato ad 2. quod Prædeltinatio dicitur electio, non quia formaliter sumpta in actu electionis consistat, sed radicaliter, quia nimirum adus formalis prædeltinatio radicatur, & originatur a dilectione, & electione: ideo enim Deus prædeltinatio aliquos efficaciter ordinat ad salutem, quia eos dilexit, & eligit ante mundi constitutionem: prius enim est (ait D. Th. ibi ad 3.) accipere illum, qui dirigitur in finem, quam ipsum dirigere in finem, & ideo electio in proposito Prædeltinatio præcedit. Licet autem scientia præcedat voluntatem, si referatur ad idem, quia nil volitum, quin præcognitum, si tamen referatur ad diversa, voluntas potest præcedere scientiam. Sic loquitur D. Th. citatus.

XII. Sed dices primo. Damascenus lib. 2. de fide c. 29. dicit, quod Providentia est voluntas Dei, propter quam omnia, que sunt, convenienter ad electionem suscipiunt. Quod idem dixerat Gregorius Nyssenus relatus a D. Th. contra Genes. c. 73. Boetius insuper 4. de Consolat. profa 7. Deus (inquit) sua bonitate gubernat mundum; bonitas autem ad voluntatem pertinet. XIII. Secundo. Sicut Providentia dicit ordinationem, que est ab intellectu, ita dicit efficaciam; que est a voluntate, ergo si ob ordinationem ponitur in intellectu, cur ob efficaciam non ponitur in voluntate? eo vel maxime, quod Prædeltinatio in hoc differt a simplici Providentia, quod illa efficaciter ordinat in finem, illa non.

Respondetur ad primam instantiam ex D. Th. q. 5. de ver. art. 1. ad 1. quod pro tanto Damascenus dicit. Providentiam esse voluntatis, quia voluntatem includit, & præsupponit. Sed dices. Si adus intellectus supponit actum voluntatis, ergo supponit rem volitam cum omnibus circumstantiis, ergo supponit eam futuram: quia efficaciam voluntatis, ut diximus, est ratio, cur res fit futura, omni alio secluso: ergo adus, qui consistit in intellectu, non erit formalis Providentia, sed Providentiam, & rem provifam supponens.

Resp. diltin. primum consequens, supponit rem volitam absolute, conc. consequ. volitam ordinato modo, nego con. & eodem modo dico ad id, quod inferitur. Cum autem additur, quod efficaciam voluntatis est ratio, ut aliquid fit futurum, omni alio secluso, diltin. omni alio secluso dante efficaciam, concedo; hanc enim sola dat voluntas: omni alio secluso ordinat, & applicat rem volitam debito modo, nego. Ordinare autem ad executionem debito modo rem volitam, qui est actus proprius Providentia, ab intellectu est, sicut eam debito modo exequi est a potentia executiva, licet efficaciam fit a voluntate, & ab ea originetur.

Esti autem (inquit D. Th. q. 7. de ver. art. 1. ad 5.) consilium non fit de ratione scientia, in quantum hujusmodi, est tamen de ratione scientia quantum est dirigens, & ordinans in finem, quod non est voluntatis, sed rationis tantum: sicut etiam intelligere est de ratione animalis rationalis, non in quantum est animal, sed in quantum est rationale.

XIV. Ad secundam instantiam dico, aliter spectare ad Providentiam, esse ordinativam, & directivam, aliter efficaciam in ordinando. Esse enim ordinativam est proprius actus, & character Providentia, & prudentia; ut ab aliis virtutibus diltinctur: unde cum ordinat fit actus proprius intellectus practicus, sequitur, eam in intellectu potius esse ponendam. Ad efficaciam non est ita propria Providentia, quin conveniat etiam potentia executiva, que similiter a voluntate accipit efficaciam ad executionem: ideoque fit efficaciam, quamvis inclusa in executione, non facit, ut voluntas sit illa, que immediate exequatur ita efficaciam, quamvis inclusa in ordinatione, non facit, ut voluntas sit illa, que immediate ordinat, ac providet, sed potius ut in ordinatione, velut quid præsuppositum, includatur.

Ad id, quod additur, dico, quod cum prædeltinatio fit pars Providentia, si hæc in ordinatione pertinet ad intellectum consistit, etiam illa ad intellectum directe spectare debet. Differentia ergo inter Providentiam in genere, & Prædeltinatioem fiat in hoc, quod Providentia præcedit ordinem Prædeltinatioem autem dicit ordinem, & eventum. Ita D. Th. q. 6. de ver. art. 1. in corp. in quibusdam ordinibus ad finem est duo consideranda, scilicet ipsam ordinem, & exitum, vel eventum ordinis, non enim omnia, que ad finem ordinantur, sunt consequentia. Providentia ergo ordinem in finem respicit tantum, unde per Deum providentiam omnes homines ad beatitudinem ordinantur: sed Prædeltinatio respicit exitum ordinis vel eventum ordinis, unde non est nisi eorum, qui gloriam consequuntur. Sicut igitur se habet Providentia ad impositionem ordinis, ita se habet Prædeltinatio ad ordinem exitum, & exitum, unde sicut de Providentia supra dictum est, quod consistit in actu rationis, sicut & prudentia, cuius est pars, eo quod solius rationis est dirigere, vel ordinare: ita etiam & Prædeltinatio in actu rationis consistit dirigens, vel ordinans in finem. Quod vero Prædeltinatio respicit non solum ordinem, sed eventum ordinis, hoc non facit immediate voluntas, sed hoc facit ratio a voluntate mota, ut ait D. Th. laudata q. 6. de ver. art. 2. unde sequitur, Prædeltinatioem supponere quidem voluntatem efficaciter moventem, non tamen in voluntate consistere.

Dices. Prædeltinatio, etiam quatenus Providentia est, dicit curam, sollicitudinem, & studium de recte disponendis ad finem; sed hæc sollicitudo, & cura est actus proprius virtutis studiositatis, que refertur in voluntate, ut docet Div. Thomas 2. 2. q. 166. art. 2. ad 2. ergo &c. Respondo, actum Providentia esse curam, & sollicitudinem, ut res ordinentur in finem: actum vero studiositatis esse curam, & sollicitudinem, ut res fiat secundum appetitum rectum: quare motio appetitus respectu studiositatis se habet de formali, respectu vero providentia solum de connotato. Videtur D. Th. loco citato.

XV. Obijciunt secundo. Ordinare non est actus solius intellectus, sed etiam voluntatis ergo &c. Ant. prob. primo. Sicut cognoscere unum propter aliud est ordinare unum ad aliud, ita etiam velle unum propter aliud; sed voluntas vult unum propter aliud, nempe media propter finem; ergo voluntas ordinat unum ad aliud. Secundo prob. ant. Habitus Charitatis refertur in voluntate; sed hic est ordinativus, & imperativus; ergo &c. Min. prob. habitus enim Charitatis imperat, & ordinat actus aliarum virtutum ad suum finem, & ex tali imperio, & ordinatione fiunt meritorii.

Tertio. D. Th. in 1. ad Ant. dilt. 1. q. unica art. 2. ubi (inquit) ordinationem quandam imperat; sed usus est actus voluntatis, ut docet idem S. Præceptor 1. 2. q. 16. art. 2. ergo &c. Resp. neg. ant. ad primam probat. dilt. maj. velle unum propter aliud est ordinare, quasi passive, profequendo res cum ordine in illis invento, conc. maj. active, & quasi faciendum in illis ordinem, nego maj. Ordinare enim active, quod proprium est Providentia, & Prædeltinatiois; que est transmissio;

ho, & ordinatio creature rationalis in finem vite æternæ, solius rationis, & intellectus est. At dum voluntas vult unum propter aliud, nil aliud facit, quam profequi illa iuxta ordinem, quod ab intellectu ordinata sunt: sequitur enim in omnibus ductum rationis. Unde aliud est ordinare, aliud ordinare velle: Ordinare solius rationis proprium est; Ordinare velle convenire potest voluntati, dum est vult, que ab intellectu ordinata sunt; unde fit in actibus voluntatis est ordo, si non est factus a voluntate, sed is, quem in actibus voluntatis actus intellectus inducit.

XVI. Dices. Non minus proprium est voluntatis movere quoad exercitium, quam intellectus active ordinare unum ad aliud; sed intellectus ex participatione voluntatis movere quoad exercitium voluntatem, & alia potentia, ut tenent omnes Thomistæ; ergo & voluntas ex participatione intellectus potest active ordinare.

Resp. dilt. min. movet quoad exercitium appetitive, nego min. ordinative, imperative, & denuntiative, conc. min. Movere quoad exercitium dupliciter contingit. Uno modo appetitive, & hoc ita proprium est voluntatis, ut neque ex participatione illius potest intellectus convenire. Alio modo imperative, ordinative, applicando potentia executivas, & etiam ipsam voluntatem ad actum, eum imperando, & hoc potest ex participatione voluntatis intellectus convenire, actus enim voluntatis antecedens, virtualiter perseverans in actu imperii imprimit in illo efficaciam ad intimandum exercitium alia potentia. Ad ordinare unum tantum modo contingit, nempe cognoscendo unum, illudque ad aliud comparando, ideoque voluntati, aut alteri potentia, que cognoscitiva non sit, nullo modo neque participative communicari potest.

XVII. Ad secundam prob. antecedens dilt. min. est ordinativus, & imperativus formaliter, & elicitive nego min. causaliter, & motive, seu applicative, conc. min. Habitus itaque Charitatis dicitur ordinare actus aliarum virtutum; non quia elicite actum imperii, qui est formalis ordinatio, sed quia movet intellectum, ut media Prudentia infusa, aut media Fide ordinat actus aliarum Virtutum, eoque imperet, faciendo, ut alia Virtutes operentur propter finem ipsius Charitatis, puta ut misericordia det elemosinam ob Dei amorem. Neque dices, ex hoc sequi, meritum in actibus aliarum Virtutum principalis fore a Fide, Prudentia infusa, quam a Charitate. Nam hoc est falsum. Etenim elicit imperium non fit a Charitate elicitive, sed a Fide &c. quia tamen non est ab illa, nisi ut mota a Charitate: ideo illi principalis tribuitur; quia causa movens principalis concurrat, quam causa mota; nec Fides, aut Prudentia infusa unquam imperarent alia Virtutes, ut agerent propter finem Charitatis, nempe propter Deum summe dilectum, nisi a Charitate moverentur, & ideo imperant, quia ab ea moventur.

XVIII. Tertio obijciunt specialiter de Prædeltinatioem. In illo actu formaliter ponenda est Prædeltinatio, qui ut causa infert infallibiliter principalem effectum Prædeltinatioem; sed hoc ipso quod Deus efficaciter vult Petro tribuere gloriam, Petrus infallibiliter eam consequetur, & hoc ipso diltin. gatur a non Prædeltinatioem, ergo &c. Resp. diltin. maj. qui ut causa proxima infert &c. conc. min. Quia elicit, & remota, nego maj. & similiter diltin. min. Quia elicit, eorum prædeltinatioem negotium, & tota series actuum, qui ad prædeltinatioem effectum influunt, originem ducunt ab illa voluntate, que Deus elegit aliquos, & ex hac radicaliter Prædeltinatioem a non Prædeltinatioem fecerunt: Prædeltinatioem tamen, ut est actus Providentia specialis, quo pacto dicit rationem ordinis aliorum ad salutem, consistit in actu ordinativo, & ideo in actu intellectus, & licet efficaciam, que fecerunt a Providentia generali, accipiat ab actu electionis ad gloriam, hoc solum evincit, actum voluntatis efficacem prærequirit ad Prædeltinatioem formalem, ut quid necessario connotatum, & præsuppositum.

DUBIUM VI.

In quantum ex actibus intellectus formaliter consistat Providentia.

S. I.

Quadam pro intelligentia exponuntur.

I. Stabilito Providentiam Divinam, ac Prædeltinatioem conveniunt omnes, eam pertinere ad partem illam intellectus, que practica est, & non pure speculativa; finis enim providentia, sicut & prudentia, non est pura veritatis cognitio, aut indagatio quidditativa, vel naturarum veritatis cognitio, & ordinatio eorum, nempe medicorum ad consecutionem finum, & proinde ad aliquid practice agendum; quo fit, ut in parte practica intellectus collocanda sit, ut superius ex D. Th. q. 5. de ver. art. 1. diximus.

II. Porro in agendo aliquo negotio quatuor actus, tum ex parte intellectus, tum ex parte voluntatis concurrere solent, quibus tota applicatio ad finem, & media concluditur. Primum enim actus intellectus est, quo proponit voluntati bonitatem, & convenientiam finis in se, cui correspondet in voluntate simplex volitio finis; que ideo dicitur simplex, quia hoc actus incipit voluntas amare finem, absque ullo ordine ad media; quibus talis finis est assequibilibis.

media, que possunt ad illum perducere, ideoque dicitur intendere, quia voluntas non jam practice complacet in illo, sed in illum tendit. Ex hac intentione finis surgit in intellectu consilium, inquisitio, & iudicium, quo quasi per modum sententia determinat ex multis illud medium, quod aptius cognovit ad finem jam intentum adpiscendum, illudque proponit voluntati, ut acceptandum: in quo oritur actus, qui vocatur electio, que ex variis mediis, que conducere possent ad finem, accepta, & eligit illud, quod aptius, & convenientius iudicavit in intellectu, eoque ut tale proficiat.

Post hunc sequitur in intellectu actus ordinativus medi sic electi ad executionem, qui actus dicitur imperium, & cui in voluntate correspondet actus usus mediiorum, quo applicatur potentia executiva, quibus ultimæ res ad debitum finem, & executionem perducitur.

III. Totum hoc explicatur in infirmo. Hic enim primo incipit cogitare de sanitate; & sibi de illa complacere: Deinde dicit, bonum esse illam assequi, & ideo per voluntatem tendit ad illam assequendam. Quia vero media ad sanitatem sunt remedia, consulat, inquirat, & tandem indicat, tale remedium esse aptum, illudque proponit voluntati, que illud eligit sumere. Post hæc ordinat, & imperat sumptionem talis remedii, quo imperio posito, surgit in voluntate usus, seu applicatio potentiarum exteriorum, & tandem remedii sumptio. Hæc in nobis accidunt.

IV. In Deo tamen, fateor, series ista actuum ex parte subiecti, nempe Dei, ponenda non est, qui unico tantum actu subiective cognoscit finem, & media, unico etiam actu voluntatis diligit finem, & eligit media. Verum ex parte obiecti, & nostri modi concipiendi res Divinas proportionaliter ad nostras, ita etiam de Deo diltin. gatur. In negotio ergo prædeltinatioem primo consideramus cognitum a Deo bonitatem salutis omnium, deinde eam simpliciter voluntate omnium volitam. Rursus concipimus cognitum a Deo, bonum esse, gloriam de facto dare aliquibus præ aliis, ut ostendat ejus misericordia; & ex hac cognitione gloria fuerit a Deo aliquibus specialiter volita, & intenta, ut consequenda. Quia vero gloria non est consequenda, nisi per meritum, ideo post gloriam efficaciter volitam aliquibus, consideramus, per intellectum divinum iudicata media ad gloriam consequendam, nempe merita, & hæc a Divina voluntate acceptata, & electa. Deinde media sic electa concipimus ordinata, & imperata pro executione, quem actum vocamus imperium. Post quod, in opinione diltin. gante Omnipotentiam a Divino intellectu, sequitur usus, seu applicatio Omnipotentia ad executionem: In opinione vero, quam supra exempli sumus, quod Omnipotentia sit ipsemet intellectus practicus, idem actus imperii est formalissime ipsa executio.

V. His positis, controversia præfens est, in quantum ex his considerationibus consistat formaliter Providentia, & Prædeltinatio? Scientiae mediae Assertores dicunt, Providentiam, & Prædeltinatioem formaliter consistere in actu illo intellectus, qui præcedit intentionem efficacem finis, qui actus pertinet ad scientiam mediam, que ante omne decretum efficacem comprehendit Deus cognoscit omnia media, & congruentiam eorum ad finem. Sed quis Providentiam debet esse libera, & electiva, dicunt, illam scientiam mediam non vocari Providentiam; quousque non accedit efficacem voluntatis determinatio, que unum ordinem rerum ex a Deo præcognitis accepit præ alio, & exequi velit; Quare in horum sententia accipit efficaciam a determinatione libera voluntatis, non antecedente, sed subsequente. Alii autem, inter quos Discipuli D. Thomæ, volunt, Providentiam, & Prædeltinatioem consistere in actu intellectus infra explicando, supponente, & subsequente libera determinationem divine voluntatis.

S. II.

An Providentia consistat in Scientia media eorum?

VI. Deo primo. Divina Providentia, & Prædeltinatioem non potest consistere in actu illo scientiae mediae, proponente omnia media, & congruentiam eorum, etiam adjuncta Divina Voluntate, aliqua ex illis subsequeenter acceptante. Probatur primo. Quia scientiam mediam a Deo superius omnino relegavimus. Secundo, Quia, ut supra dicebamus ex D. Thomæ, actus Providentia est actus intellectus supponens voluntatem finis; & specialiter agens de Providentia Prædeltinatioem semper docet, quod supponit dilectionem, & electionem eorum, qui prædeltinatur; nec enim præparantur, & disponuntur media ad consecutionem finis, nisi his, qui ad talem finem electi sunt, neque eliguntur, nisi qui amantur, & diltin. guntur præ aliis, que eliguntur, nisi qui in supponat electionem medi, etenim licet Prædeltinatioem non antecedente, sed subsequente, supponit tamen dilectionem, & electionem Personæ ad finem, iuxta illud Psalm. 17. v. 20. Saluum me fecit quoniam voluit me; Ubi me esse volitum, seu amatum, assignatur tamquam ratio salvationis, & consequenter Prædeltinatioem, que salutem præparat, & procurat. Sic ex dilectione mundi decreta sunt Incarnatio, Joann. 3. v. 16. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Et Math. 1. v. 25. Revelasti es parvulis. Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Quibus aperte vincitur, præparationem medicorum, qui est actus Providentia & Prædeltinatioem, oriri ex dilectione: dare enim Unigenitum mundo, revelare mysteria perveris, sunt effectus Providentia Prædeltinatioem, & tamen horum causa fuit æterna dilectio, & placitum Dei.

VII. Confirmat hoc S. Thomas q. 6. de ver. art. 1. in corp.



corp. dicens: Deus non praedestinat, nisi in quantum est aliquid, praecipitur etiam & dicitur, per quam ille, qui in suum, infallibiliter dirigitur: ab alio separatur, qui non hoc modo in suum dirigitur. Et autem separatio non est propter diversitatem aliquam inveniendam in his, qui separantur, quae possit ad amorem incitare, quae antequam nati essent, aut aliqui boni essent, aut mali, dicitur est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui: ut dicitur Rom. 9. Et illo praedestinato praesupponit electionem, & distinctionem, electio vero distinctionem.

VIII. Tertio probatur. Provifor, qui non determinat eventus rerum, sed illos supponit jam determinatos, & in omni combinatione independentem a suo arbitrio ex sola intrinseca veritate vel fauore, & nil aliud in se habet, quam ex omnibus illis combinationibus futuris, praeferat conditionem, & eligere ex illis eam, quae sibi magis placet: Vel Provifor non est, sed potius minister, vel executor eius, quod jam factum, & ordinatum est: Vel Provifor valde imperfectus, & non Divinus: Sed talis est Deus in sententia contraria: hinc enim, antequam quid decerneret, proponitur per scientiam mediam omnes eventus sub quacunque conditione, ac statu, ut determinate futuri ex sola intrinseca veritate rei, solumque illi liberum est ex illis objectis jam determinatis eligere unum, purificationis conditionem; ergo &c.

Major explicatur exemplo Davidis. Oblata est Davidi 1. Paralip. 21. optio trium rerum jam decretarum a Deo, scilicet eligere, aut tribus annis famem, aut tribus mensibus bellum, aut tribus diebus pestem, illique solum relictum fuerat liberum, eligere unum ex illis tribus: qui de facto elegit triam diem pestem, & ceciderunt de Populo septuaginta millia virorum. Inquiri igitur. Electio unius ex his tribus jam a Deo determinata, illique proposita, fuit ne in Davide actus vere providentiae? Et si fuit: facta hac electione, ponit ne ad ejus providentiam reduci, quod moreretur potius, nisi, quam seminare, potius ferre, quam juvenes? Totum hoc certe fuit extra providentiam Davidis, quia supponebatur a Deo determinatum, non sibi proponebatur, arbitrio suo determinandum, sed solum ex eis jam determinatis eligere, quod velle, ut mandaretur executioni, iuxta determinationem ab alio factam, nempe a Deo. Vel ergo non erat in Davide providentia, vel valde imperfecta circa illud factum, quia multa proponebantur illi, non determinanda ab ipso, sed jam determinata ab alio principio.

IX. Nunc ad rem nostram. Si Deo proponantur omnes eorum combinationes, & omnes earum eventus, ut jam determinati ex intrinseca sui veritate, & independentem a sua ordinatione, immo ante omne suum decretum, & ad ipsum solum spectet optio eligendi, & acceptandi ordinem rerum, quem voluerit, & purificare conditionem, ut executioni mandetur, qualis erit hac Providentia? Erit forte circa electionem hujus ordinis rerum praeter alio? Sed facti hac electione, & purificatione, omnia alia determinatio eventuum, & quod accidit hoc vel illud, hoc vel illo modo, non supponitur futura ex propria intrinseca veritate sua, omni alia ordinatione seclusa? Eiam si ergo non datur alia Providentia, & ordinatio in mente Divina, praeter illam purificationem conditionis, seu acceptationis ordinis rerum, res aequae, ac eodem modo accident. Immo si Deus vult de illis habere aliquam Providentiam, quae certa sit, debet se conformare his, quae jam praevixit ex suis principis determinata, non vero agere ex arbitrio suo.

Quid autem imperfectus est, quam ea providentia, quae supponit res suas jam ordinatas, & determinatas ex alio principio; vel si ordinat aliquid, ordinare debet secundum id, quod jam ordinatum est: & etiam non ordinat, res aequae bene, & eodem modo accidit? Providentia, quae in sui ordinatione debet inspicere id, quod jam determinatum est, & cui res proponuntur jam ordinatae; ut eas mandet executioni, quid aliud est, quam ministrare, & executrix eorum, quae a creatura sua liberata statuta sunt, vel statuta praevidentur?

X. Dices tamen. Cognitio proponens finem cum plena cognitione mediorum, & comprehensione omnium, quod ad talem finem possunt concurrere, non eget aliqua voluntate, quae antecesserit ordinem dicta media in finem; sed omnis cognitio Divina, utpote comprehensiva finis, de facto proponit Divinae voluntati finem cum omni ordinatione mediorum, ergo non eget &c. Maj. patet. Quod enim nos, cognito fine, & volito, non statim cognoscimus, & velimus media, sed egeamus consilio, & inquisitione, procedit quia cognitio finis non est comprehensiva mediorum.

Resp. dist. maj. cum plena comprehensione mediorum determinate futurorum, & practica, non eget &c. conc. maj. cum plena &c. mediorum mere possibilium, & speculativa; neg. maj. Talis autem est cognitio Divina anteverrens omne Divinum decretum: cognoscit quidem omnes eventus, & omnesque combinationes, sed ut mere possibilis, & cognitione pure contemplativa, non practica; nec enim ante Divinum decretum supponitur aliquid determinate futurum, ut ostensum est; nec ea cognitione, utpote speculativa, futurum evadit. Quare, ut media sine de facto futura, & determinate ordinata ad finem, supponi debet voluntas finis: Nullus enim (ait D. Thom. 1. p. q. 22. art. 1. ad 3.) praecipit de agendis, propter finem, nisi volens finem. Et q. 23. art. 4. non autem praecipitur aliquid ordinandum in finem, nisi praesistente voluntate finis. Nec tamen, sed secundum quod consilio voluntatis suae decrevit, dicitur Paulo Eph. 1. v. 13. praedestinati secundum praesentem suam, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.

XI. Porro discrimen inter Deum, & nos, non stat in hoc, quod Divina voluntas supponat media jam ordinata ex sua veritate objectiva, nostra vero ea ordinat, & praeparat ex voluntate finis, alias effectus non magis liberi, quam Deus: sed consistit in hoc, quod, licet tam nos, quam Deus ex fine volito moveamur ad volenda media, nos tamen pluribus actibus id facimus, Deus autem unico actu formaliter, & ex parte subiecti, vult finem, & media; unde in Deo non est ordo inter actus, sed solum inter objecta volita: nam, teste D. Th. 1. p. q. 19. art. 5. sicut in Deo intelligere causam non est causa intelligendi effectus; sed ipse intelligit effectus in causa: ita velle finem non est ei causa volendi ea, quae sunt ad finem; sed tamen vult, ea, quae sunt ad finem, ordinari in finem. Vult ergo, hoc esse propter hoc, sed non propter hoc vult hoc.

S. III.

Nostra solutio.

XII. Deo secundo. Providentia, & Praedestinatio formaliter consistunt in actu imperii supponente finem volitum, & media electa. Id expresse docet D. Th. haec 22. art. 1. ad 1. dicens: licet consistat non comparat Deo, secundum quod consilium est inquisitio de rebus alicui; tamen praecipere de ordinandis in finem, quoniam restat rationem habet, comparat Deo secundum illud Ef. 148. Praecipitum ponit, & non praeterbit: Et secundum hoc comparat Deo ratio Providentiae, & Providentiae. Et q. 23. art. 4. in corp. Praedestinatio (inquit) est pars Providentiae. Providentia autem, sicut & Providentia, est ratio in intellectu existens praecipere ordinandis aliquam in finem, ut supra dictum est (q. 22. art. 2.) non autem praecipitur aliquid ordinandum in finem, nisi praesistente voluntate finis. Unde praedestinatio aliquorum in salutem aeternam, praesupponit secundum rationem, quod Deus illorum vult salutem.

XIII. Probatur autem hac ratione. Ad Providentiam perfectam non sufficit, ad media finis volita, & disposita, sed requiritur, ut sint directa pro executione, & usu; ergo non sufficit ordinatio quaelibet dispositio voluntatis, ut eligat media, quae iudicata sunt convenientia ad finem, sed ulterius requiritur ordinatio intimans executionem, & usum ad extra; quod partem ad actum consequentem ad electionem, quale est imperium, non vero illam praecedentem, quale est iudicium. Ant. videtur certum: quia Providentia non ordinat solum ad ea, quae intra nos manent, sed ut ea, quae extra nos sunt, debite disponantur, & assequantur fines suos. Quousque enim non respicitur res, ut ad extra ponenda, non habetur tota effectus requisita ad perfectam providentiam: quia nondum concipiuntur subacta omnia impedimenta, quae obviare possunt executioni. Licet autem Deo nihil sit difficile, & arduum respectu ipsas ordinantis, tamen ex parte objecti, & affectionis finis in se, multa se offerunt vincenda, quae Deus tollit, non cecit, & naturali imperio, sed ratione, ordine, & Providentia, iuxta quod dicitur Iudith 9. v. 4. & 5. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: sed factum est, quod ipse voluisti. Omnes enim oia tua parata sunt; & tua iudicia in tua Providentia passasti.

XIV. Secundo probatur. Providentiam praesertim Praedestinativam, consistere in actu imperii subiecti ad electionem, non vero in actu iudicii praecedentis, & regulantis electionem, ex D. Th. haec 1. p. q. 23. art. 4. Praedestinatio est Providentia, seu Prudentia specialis Dei circa hominum salutem, sed Providentia, & Prudentia principaliter consistit in actu praecipitivo, & ordinativo; est enim ratio in intellectu existens praecipere ordinandis aliquam in finem: & patet in Prudentia regali, cuius praecipuus actus est imperium intimans subditis executionem legis.

Tum etiam, quia S. Th. 2. 2. q. 57. art. 6. expresse docet, actum principalem prouidentiae esse praecipere, ideoque Eubuliam, quae est bene consultativa, & Gnomem, quae est bene iudicativa, adungi praesertim, tanquam secundarias principales. Circa agibilia (inquit) humana res actus rationis inveniuntur, quorum primus est consilium: secundus iudicium; tertius est praecipere. Primo autem duo respondent actibus intellectibus speculativi, qui sunt inquirere, & iudicare, nam consilium inquisitio quaedam est. Sed tertius actus est proprie practici intellectus, in quantum est operativus; non enim ratio habet praecipere ea, quae per hominem fieri non possunt. Manifestum est autem, quod in his, quae per hominem sunt, principales actus est praecipere, ad quem alii ordinantur. Et ideo videmus, quod bene praecipitur, tanquam specialiter prudentia, tanquam principaliter consulantur, tanquam specialiter Eubulia, quae est bene consultativa, & Gnome, quae sunt partes iudicativas. Haec D. Th. Et quibus alia ratio formari potest licet, Providentia Praedestinativa, quae in ratione practica est, in eo actu ponenda est, qui vere est practicus, & intellectui practico correspondet: sed consilium, & iudicium correspondet potius intellectui speculativo; solum autem imperium intellectui practico proprie correspondet; ergo &c.

XV. Dices tamen, in iudicio regulante electionem distinguuntur formalitates. Unam regulantis, & secundum hanc praecedit electionem. Alteram imperantis, seu exequentis, & secundum hanc sequitur electionem. In iudicio autem secundum hanc formalitatem consistit Providentia, & Praedestinatio. Sed contra. Haec fecunda formalitas iudicii secuta ad electionem, vel est effectus praecipiva de mediis, vel est solum iudicativa. Si hoc secundum, non potest in ea consistere Praedestinatio, quod secundum; D. Th. est praecipiva. Si vero primum, non erit illa: nam illa formalitas erit imperium.

rium. Quod autem hoc imperium adaequate distinguitur a iudicio, vel solum inadaequate, parum refert.

XVI. Tertio probatur conclusio. Praedestinatio debet consistere in actu efficaciter ordinativo mediorum ad salutem, effectiva executionis, qui respiciat media, ut causantis in executionem finem; at hic actus est imperium, non iudicium; ergo &c. Minus, pro prima parte probatur. Efficacia ordinativa mediorum debet explicari per has voces *fac hoc*; sed hoc habetur per actum imperii, non per actum iudicii; quod solum explicatur per actum sententiae, & iudicativae, nempe *hunc esse facere hoc*; ergo &c. Pro secunda parte prob. Minus. Iudicium electionem praecedens respiciat media, ut effectus finis, quia etiam propter finem, & causa finis eliguntur; solum autem incipiunt esse causa finis, quando pro executione imperantur; ergo &c.

S. IV.

Repelluntur militantis contra dicta.

XVII. Obijcies primo. Praedestinatio est pars Providentiae; sed haec non consistit in solo actu imperii, sed etiam in rectitudine consilii, & iudicii, ut docet D. Th. 2. 2. q. 49. art. 6. ad 3. ergo &c.

Resp. dist. min. sed haec essentialiter sumpta non &c. nec minus haec adaequate, & late sumpta, conc. min. Et hoc intendit D. Thom. laudatus. Providentia, sicut & Praedestinatio sumi potest dupliciter; nimirum stricte, & essentialiter, & sic solum dicit actum imperii, supponentis tamen omnia praedicta, quia Providentia, sicut & prudentia de suo formaliter, essentialiter, & characteristico conceptu, quod ab Eubulia, & Gnome distinguitur, dicit esse efficaciter praecipivam, & ordinativam mediorum. Sumi etiam potest Providentia adaequate pro tota serie actuum, quae ex parte rationis ad Providentiam concurrunt, etque inferuntur; & hoc modo includit, & adiunctam habet Eubuliam bene consultativam, & Gnomem bene iudicativam; sed sit de secundo modo se habent ad prudentiam, seu Providentiam, ut ex D. Thoma 1. 2. q. 57. art. 6. dicemus.

XVIII. Secundo obijcies. In eo actu formaliter consistit Providentia, qui est causa effectuum proviforum, quia Providentia Divina est certa, non solum certitudine scientiae, sed etiam certitudine causalitatis, ut docet D. Thom. loquendo de Praedestinatione 1. p. q. 23. art. 6. & alibi; sed imperium sublequens electionem non potest esse causa effectuum proviforum; ergo &c. Minus. prob. Tum quia Imperium periclitatur ad scientiam visoniam, quae non causat, sed supponit suum objectum. Tum quia effectus Providentiae constituntur futurum ex vi electionis: quia media efficaciter electa infallibiliter erunt; ergo imperium sublequens electionem non facit illos futuros, sed futuros supponit.

Resp. neg. min. Ad primam prob. dico, quod licet scientia visoniam purae contemplativa non sit factiva subiecti, bene tamen scientia visoniam practicae. Neque hoc derogat rationi intuitivis, ad hanc enim non requiritur, quod eius objectum praesens sit, sed quod illi in eodem instanti in quo, seu durationis coexistat. Cum ergo imperium esto ut causa praecedat prioritate de quo, & naturae effectus proviforum, illi tamen pro eodem instanti in quo, & durationis coexistant; ideo potest esse causa illorum, & simul scientia visoniam.

Ad secundam prob. min. dico, ex vi electionis effectus Providentiae constituit quidem futuros affective, inchoative, & in via executionis; sic enim constituntur futuri per actum imperii, & usus. Quare, si per impossibile post electionem non sequeretur imperium, media dicerentur quidem inchoate futura, non tamen consummate, & complete.

XIX. Tertio obijcies. Hoc imperium in Deo non datur. Si enim datur, cui imperat? Creaturus? Non: quia ab aeterno non sunt imperium autem fundatur in dominio, unde si ab aeterno Deus non dicitur Dominus creaturarum, quia haec ab aeterno non erant: neque potest in illas, ab aeterno imperium exercere. Deo? neque minus: quia Deus nulli sublebit imperio; nec sibi ipse multare potest, quia sibi ipse inferior non est.

Resp. imperium hoc, seu ordinationem ad exequendum, proprie intimare, & imperare, non Deo, sed creaturis, ad easque dirigi, intimando eis executionem rerum a Deo electarum tempore statuto. Eius autem, creature ab aeterno in propriis mensuris non exstant, sunt tamen capaces imperii aeterni Dei. Neque enim imperium Dei supponit, quibus imperet, sed imperando facit, quia omnia imperio suo efficit: Deus enim vocat ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt. Rom. 4. v. 17. Super quae D. Thom. quod dicit (inquit ibi lect. 4.) vocat ea, quae non sunt: non intelligitur de vocatione temporalis, sed de vocatione Praedestinativae aeternae, quae vocatur, & eliguntur, etiam qui non sunt ac se esse. Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Non sequitur tamen, quod si imperium fit ab aeterno, etiam creature ab aeterno sint, sed solum pro tempore, quo earum executio imperata est. Neque enim imperium Dei fundatur in exercitio, sed in potestate domini, & superioritate, quae consistit non in actione externa, & temporali, quae ad exercitium domini requiritur, sed in interna locutione Dei, quae ab aeterno loquitur, praeparat, & disponit, quae in tempore futura sunt.

XX. Quamquam dici potest, imperium posse concipi in Deo, etiam respectu actuum divinorum. Sicut enim concipimus in Deo unum actum moventem, & alium quasi ab eo moventem.

tum, iudicium dirigens electionem, & hanc ab eo directam, unum regulantem, alium regulatum: unde Mendizte docent, Deum in decernendo dirigi, & regulari per scientiam mediam quare dici non poterit, secundum nostrum modum concipiendi, esse in Deo actum per modum imperantis, & actum per modum imperati? Ita plane. Non ita tamen, ut ratio haec imperantis, & imperati cadat supra actus Dei in se, sed ut connotantes objecta. Sicut enim, cum dicimus, in Deo esse intentionem finis, iudicium de mediis, electionem &c. non loquimur ex parte actuum, sed objectorum; ita, cum videmus objectum ordinatum ad executionem, dicimus, adesse in Deo actum imperantem, & actum exequentem, quod imperium est: quod nullam superioritatem, aut inferioritatem inter actus Divinos admittimus, sed solum dependentiam inter objecta.

XXI. Quarto obijcies. Si ponatur Praedestinatio in actu imperii, primus effectus Praedestinationis cadet sub merito: quia quodcumque actus, in quo essentialiter consistit Praedestinatio cadit sub merito, omnis effectus Praedestinationis cadit sub merito; sed actus imperii, cum supponat merita praevia, & electa, cadit sub merito; ergo &c.

Resp. neg. assumptum: Ad prob. Dico, imperium supponere quidem merita praevia, sed solum via intentionis, in quo ordine sunt potius effectus, quam causas, & moventis. Unde non sequitur, quod imperium cadat sub merito, nec quod Deus ad imperandam executionem moveatur a meritis, sed solum quod ab illis moveatur ad exequendum, quia in hoc ordine sunt causa. Sic exemplum. Dum infirmus ex amore sanitatis imperat sibi summationem medicinae, supponit utique medicinam a se praeviam, & electam: & tamen causa, & motivum, quare eam imperet, non est medicina, sed amor finitatis. Sic Deus, dum imperat executionem mediorum, quibus homines salventur, supponit media, nempe merita a se praevia, & electa: & tamen ad haec imperanda non moveatur a meritis, sed unice a sua misericordii voluntate dandi gloriam illis, quos praedestinavit, ex qua ortum fuit, ut eligerentur media, nempe merita, & quod merita electa executioni suo tempore Divino imperio destinarentur.

QUESTIO II.

De Existentia & Essentia Providentiae Praedestinativae.

Explicita existentia, & natura Divinae Providentiae generatim acceptae, sequitur explicanda Providentia specialis, quae Deus specialiter providet, & ab aeterno disposuit de Creaturis rationalibus in ordine ad eorum finem supernaturalem, nempe aeternam salutem, quae vulgo Praedestinatio nuncupatur. Arcanum adeo secretum, ut coegerit Paulum, postquam illud scrutari conatus fuit, tandem exclamare, Rom. 11. v. 33. O altitudo divinarum sapientiae, & scientiae Dei; quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles viae eius! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliaris eius fuit? Quapropter ad illud tractandum summa reverentia Studiosius debet accedere, mentemque, ac linguam religiose praeparare, ne quae non capis, ea carpat, sed admittat, & quasi factum Dei Mentem Moysi instar confecturatur, impuros praevitios, & affectuum calceos exuat, studetque non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ab sobrietate. Rom. 12. v. 3. In praesenti ergo quaestione exponemus, an sit Praedestinatio, & quid sit: causas vero ejus, & effectus in sequentibus investigare conabimur.

DEFINITIO.

An Homines Praedestinentur a Deo?

S. I.

Praedestinatio nomen.

I. Praedestinatio, si nomen species, constat ex propositione pra, & nomine desinatio. Iuxta autem pra non significat solum prioritatem dignitatis, ut voluit Catharinus, putans, Praedestinos dici eos, qui pra aliis salvandis electi sunt ad altiorum sanctitatis gradum, ut B. Virginem, Apostolos, aliosque eximios Sanctos; sed prioritatem durationis, quatenus Praedestinati dicuntur, quia ante constitutionem mundi, seu ab aeterno destinati sunt ad gratiam, & ad gloriam.

Porro ly desinatio duo significare potest. Vel designationem interuam, quae aliquis in mente, & corde suo ordinat, & statuit, aliquid se futurum: quomodo intelligitur illud 2. Machab. 6. v. 20. ubi de Eleazar dicitur: Desinavit, non admittens illud propter vitam amorem. Et illud 2. Cor. 9. v. 7. Quisquis pro se desinavit in corde suo, id est, statuit. Quare desinatio hoc modo sumpta non dicit solum actum intellectus, sed includit etiam propositum, & decretum voluntatis statuentis.

Alio autem modo ly desinatio indicat designationem externam (quae est effectus designationis aeternae) quae aliquis designat, seu mittit ad exequendum id, quod interius statutum, & ordinatum est: quod pacto sumitur illud 1. Machab. 1. v. 14. Et destinaverunt (id est, miserunt) aliqui de populo, & abierunt ad Regem. Et illud 1. Cor. 4. v. 9. Eius autem, quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tanquam mundi desinat, id est, ad mortem missos. Hoc exponit D. Thom. 3. 6. de verbe. art. 1. dicens: Desinatio, unde nomen praedestinatio assumitur; imperat directionem alioquin in finem: unde aliquis dicitur nuncium destinare, qui eum dirigit ad aliquid faciendum: & quia illud, quod proponimus, ad executionem dirigitur.